

Rheinisches Urkundenbuch (Ed. Wisplinghoff) Nr. 77

Prudens dispensator humanarum , qui terrena possessione ad loca sanctorum confortare studuerit. Quapropterego in dei nomine Engilbertus laicus ob divinum amorem et requiem animarum, meae videlicet [et]h parentum meorum, trado ad ecclesiam sanctorum martyrum Cassii et Florentii, quae sita est in villa quae dicitur [Basilica, seu ad] refectorium fratrum ibidem deo famulantium, cellam et quicquid ad illam pertinet in villa Steildorp, in villa quae dicitur Dateleueld ecclesiam I, curtem dominicam et casa et horreo, de terra salaricia iugera XXX etc. Sed cartula ista omni tempore firma stabilisque permaneat stipulatione subnixa.

Actum publice in villa quae dicitur Basilica sub die XVI kal. iul. anno primo regnante Zentibolcho rege.

Signum Engelberti, qui hanc cartam fieri et firmari rogavit. Signum Engilberti praepositi. Signum Gemundi presbyteri. Signum Wilgarii presbyteri. Signum Bemarii, Wilandi, Garumanni, Athalardi, Gerici, Ruotgarii, Alberti, Guntarii, Waldolfi, Helmberti. Signum Waltarii, Otberti, Gerarii, Athalardi, Sigardi, Alfrici, Radolfi.